



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XXII. Markgraf Woldemar schenkt dem Kloster Marienpforte das
Eigenthum von drei Hufen in Claushagen, am 27. September 1314.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

omnibus suis attinenciis, scilicet agris cultis et incultis, pratis, pascuis, cum limitibus et distinctionibus, cum iudicio summo et iure, et cum ceteris aliis ad ipsam pertinentibus, prout nobis, dum nostra fuit, competebat, ex nunc in perpetuum possidendam. Renunciamus omni iuri et actioni, que in eadem villa hactenus dinoscimur habuisse, ita simpliciter etiam, quod nos nichil nobis aut nostri heredes seu successores sibi in dicta villa, nec aliquam precariam hereditariam, que erfbede vulgariter dicitur, possimus aut possint de cetero vendicare. Ne autem in posterum super huiusmodi nostra donacione per nos rite facta cuiquam queat dubium suboriri, presentes litteras super eo scribi et dari iussimus et nostri sigilli munimine de nostro consensu et recta sciencia roborari, et dominus Johannes dictarum dominarum tunc temporis prepositus, nobis pro quolibet fructu reddituum predictae ville adjacentis quatuordecim marcas argenti et ponderis cum dimidia in numerata pecunia erogavit, de quibus ipsum prepositum et suos successores ac predictas dominas quitos omnino per presentes litteras nunciamus. Testes huiusque rei sunt nobiles viri domini ulricus de Lindowe et Guntherus de Kevernberg, comites, Henningus de Blankenborch, Theodericus de Kerkowe et Rodolphus de Levenwald, advocatus noster, nostri fideles milites, Heinricus ecclesie Stendalensis decanus et Sloteko, nostre curie prothonotarius, cum multis aliis fide dignis. Actum et datum in curia werbelyn, Anno Domini millesimo CCC° XIII, in die beatorum Primi et Feliciani martirum.

XXII. Markgraf Woldemar schenkt dem Kloster Marienpforte das Eigenthum von drei Hufen in Clausshagen, am 27. September 1314.

In memoriam geste rei sempiternam. Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et de Landesberch marchio, presentium forma litterarum recognoscimus protestando, quod ad honorem dei omnipotentis et ad collaudacionem eius sanctissime genitricis marie virginis contulimus, donavimus presentibus libere et donamus litteris religioso in Boyceneborch sanctimonialium conventui proprietatem trium mansorum jacentium in villa Clausshagen optinendam et habendam temporum motibus sempiternis, Dantes presentem nostro sigillo communitam in huius facti evidentem claritatem. Actum et datum Boyceneburch, anno domini M° CCC° XIII°, in die sanctorum Cosme et Damiani martirum.

XXIII. Markgraf Woldemar bestätigt den Nonnen zu Marienpforte Gebungen aus Gröscheludorf, womit ein Altar dotirt war, am 27. Dezember 1314.

Ad memoriam rei acte sempiternam. Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et de Landesberch marchio, recognoscimus publice protestantes, quod contulimus presenti-